

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Chiliano Goltstein S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

amanter nostra causa doletis, & literis uestris do-
lorem significatis, fontibus consolationis monstra-
tis: sed etiam, quod antea uiuenti mea filie multa
beneficia praestitistis, quodq; multis officijs meos
iuuatis. Ego etsi reddere similia officia non possum,
tamen animi gratitudinem praestare cupio. Et quia
Deus toties testatur, se ijs qui bene faciunt ordini
scholastico, doctrinam caelestem fideliter custodiē-
tibus praemia redditurum esse (quarum promif-
sionum exempla & hac etate ostendit) spero me
uicissim uobis benefacturum esse: & ut uos & ue-
stros seruet, defendat & regat, toto cum pectore
oro. Bene & feliciter ualete. Die 5 Aprilis 1547.

Chiliano Goltstein S. D.

Quaquam sic satis occupatus eram in appa-
randa apologia, uel potius *ἔξουολογία*, tamen
dedi has ad te literas Erasmo tuo, semel atq; iterum
hortanti me ad scribendum. Hodie uero ad ipsius
uoluntatem accessit & alius hortator. Conciona-
tor tuae patriae salutem mihi tuis uerbis dixit, quae
erat gratissima: & rogauit, ut si quando commo-
de possem, significarem tibi quid hic fieret. Nos
hic toto ferè mense desidemus, expectantes τὸ ἄ-
τοργάτορα, nondum enim adest. Scis autem, hoc ab-
sente nihil earum rerum geri, quarum nos omnes,
ac uos quoq; expectatio magno pere angit. Non-
dum

dum enim certò scimus, an omnino decreuerit cognoscere controuersias religionis. Non enim dubiù est, quin oí christiáns miris machinis oppugnè animum Cesaris, ut à cognitione absterreant. Reliquum est igitur, ut uos nobiscum oretis Christum (qui certò ascendit in caelos, ut daret dona hominibus) ut letam huius conuentus catastrophè nobis concedat. Vnus uir est in aula Imperatoris, Callarius D. Mercurinus, uir sapièntissimus, quem auiunt constanter in ea manere sententia, ut sine uolentia res cognoscatur. Fertur esse Inuictiss. Carolo V. Imperatori planè, quod Vlpianus erat Alexandro Seuero. Hanc apud Imperatorem et auctoritatem & gratiam pepererunt ei summæ ingenij dotes, prudentia & scientia ciuiliùm rerum maxima, cognitio & nostræ doctrinæ & aliarum literarum nentiquam uulgaris. Vale. Datæ Augustæ, die Ascensionis filij Dei, Anno 1530.

Christophoro Ruellio S. D.

Cum pro meo erga te amore de studijs tuis cogitem, duxi te admonendū esse de quadã parte primarum exercitationū. Tempus est, meo iudicio, ut incipias prosodiam discere, ut coneris uersus facere. Quod etsi initio subdificile uidebitur: tamè paulatim usus hanc exercitationem & iucundiorē & faciliore efficiet. Quia nolim te difficultate primi co-

A natus